



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. VIII. Rationabile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

2. & conf. 83. n. 13. & 14. lib. 3. Bald. conf. 44. Si tenemus, in fin. lib. 4. Alexand. conf. 54. num. 9. & seq. lib. 4.

XVI.

RATIO attenditur magis quam dictum, l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2. Brunor. à Sole in locis communib. verb. ratio 2. quia dictum per rationem ampliatur & limitatur, l. unum ex familia 67. §. fin. ff. de legat. 2. l. si is qui animo 27. ff. de acquir. possess. Jaf. in l. id quod. num. 7. ff. de legat. 1. Surd. conf. 67. num. 20. cum seq. Rot. decis. 10. num. 2. apud Farin. p. recent. Octav. Glorit. resp. 2. num. 35. & resp. 5. num. 58. & resp. 10. num. 57. [Ratio enim non minus verbis legis dominatur, atque anima corpori. l. scire leges. 17. ff. de LL. l. pen. ibi: quamente diceretur. Ad exhibend. late Kremberg. de sumtrib. studior. quest. 1. pag. 29.]

XVII.

RATIONE legis cessante, cessat quoque ejus dispositio. Vide sup. lit. L. c. Lex.

XVIII.

RATIO naturalis cuncta rectè disponit. Bald. conf. 38. D. Thomas, in fine. lib. 2. subdit, quod vix aliquid reperitur contra naturalem rationem, quod non remordeat conscientiam; & dicitur polus omnis virtutis, quia omnia nobis insinuat, ex quo est muta ratio, quæ loquitur in corde, idem Bald. conf. 343. Examinanda sunt, in pr. lib. 1. refert Cardin. Tusch. d. tom. 6. lit. R. conclus. 33. [Ideoque deficiente lege, rationem naturalem allegare licet, c. frustra 7. dist. 8. l. 2. §. item Varus ibi: hoc equitas suggerat, etiamsi jure deficiamus. l. scire 13. §. aliud 2. §. consequens 4. vers. sufficit. de excusat. tut. & rationabile dictum ita movere debet Judicem, sicut lex Andr. de Isern. in proem. feud. n. 47. ac miseria est intellectus, nolle statuere ex evidenti ratione, nisi quod ante per Dd. consultum vel statutum sit. Castrenf. in l. Clodius. in fin. de accur. hered.]

XIX.

RATIONES duæ vincunt unam, cap. causam quæ 14. de re judic. auth. cessante. C. de legit. hered. §. si vero. Instit. de adoptionib. Bald. conf. 188. In substitutione. in princ. lib. 1. ubi limitat, quando ad necessitatem actus unica ratio requiritur, quia tantum operatur illa ratio requisita de se, quantum mille aliæ rationes. Similiter etiam non procedit Axioma, quando unica ratio est potentior quam duæ, vel plures, quia attenditur unica. Federic. de Senis consil. 274. vers. sed posset aliquis.

refert Card. Tusch. d. tom. 6. lit. R. conclus. 34.

XX.

RATIO non potest reddi omnium, quæ à Majoribus constituta sunt, l. non omnium 20. & l. seq. ff. de legib. Anguian. de legib. lib. 1. contror. 4. n. 2. & 3. Joan. Anton. Mangil. de imputat. quest. 69. num. 45. Steph. Grat. discept. forens. tom. 5. c. 10. num. 15.

XXI.

RATIONEM quærere ubi habemus sensus, est infirmitas intellectus. Bald. conf. 360. Quia questio. num. 3. lib. 3. [Hering. de fidejussor. cap. 7. num. 53. Honned. conf. 34. num. 21. & n. 11. Cagnol. in l. ambiguus. §. quoties. ff. de Reg. Jur. Bart. Bertazol. 2. conf. 31. num. 15. Sigismund. Scacc. de commerc. §. 7. gloss. 2. n. 35. ubi subdit, quod etiam ubi rationem naturalem habemus, legem positivam quærere superfluum est, ex cap. consuetudo. 1. dist.]

CAP. VIII.
Rationabile.

Axioma I.

Rationabile dictum non minus movere debet judicem, ac lex. Andr. de Isern. in proem. feud. col. penult. Argenteratenf. 1. conf. 19. num. 50. Rationabiliter enim quod definitum est, in nullo debet violari, cap. cum pia. cap. Ecclesiastica 25. qv. 2. c. omnibus 35. quest. 9. sed roborari. c. loci 4. quest. 9. Unde & rationabile si à paucioribus opponatur & probetur, eorum voluntas voluntati plurium præferri debet. cap. 1. extr. de paroch. c. 1. extr. de his quæ sunt à major. imò consuetudinem rationabilem prævalere contra jus positivum, text. est in c. ult. extr. de consuetud. nisi enim rationabilis ea sit, non valet, cap. ad nostram 3. extr. de consuetud. sicuti nec judicium servari debet, nisi rationabiliter habitum, c. imprimis 2. quest. 1.

II.

Rationabiliter & consulte ordinata, suadente postea subsectorum utilitate, consultius & rationabilius revocantur & in melius commutantur, c. ult. in princ. de sent. excomm. in 6.

III.

Non tantum spectandum est, quid sit rationabile, sed etiam, quid sit rationabilius, cujus intuitu illud, etiamsi ex usu fortè admittatur, ratione tamen improbari debet. c. filii nati 2. F. 26. ubi Dn. D. Bitfch. in Comm. MS.

CAP. IX.
Rationes. Rationum
redditio.

Axioma I.

Ratio de omnibus est reddenda, cap. si quando 5. extr.